

deligerent, quae maxime facerent ad veritatem et eorundem propositum." Deinde praedictus locum tenens certior factus a duce Norfolciae communitatem domus parlamenti sponte quindenam regi concessisse infra duos annos perfolvendam, monuit prolocutorem et alios, ut se non minus promptos et paratos ad subveniend. necessitatibus regiis exhiberent, et postquam de ea materia consultassent, redirent cum responsis suis. Redeuntes inter caetera rogabant, ut episcopi London. et Lincoln. abbates Westmonast. et Burton, cum Sampson, decano facelli regii, et Edw. Fox, elemosynario regis, ut ipsi adeant regiam majestatem supplicando, ut ipse ex innata sua bonitate dignetur viris ecclesiasticis non minus assistere, favere, et iisdem auxiliari, eorumque et ecclesiae immunitates illaefas servare, quam ipse haecenus et ejusdem illustrissimi progenitores antea assistebant. Qui hujusmodi officium in se acceptarunt, ac habita communicatione de concessione alicujus summae pecuniae, profecti sunt ad aulam regiam.

In sequenti sessione cvi. (Maii 10.) exhibebantur articuli per Edw. Fox, elemosynarium regium, synodo missi, quibus rex omnes subscribere voluit.

*Articles to be proposed in convocation.*

1. That no constitution or ordinance shall be hereafter by the clergy enacted, promulged, or put in execution, unless the king's highness do approve the same by his high authority and royal assent, and his advice and favour be also interposed for the execution of every such constitution among his highness subjects.

2. That whereas divers of the constitutions provincial, which have been heretofore enacted, be thought not only much prejudicial to the king's prerogative, but also much onerous to his highness subjects, it be committed to the examination and judgment of thirty two persons; whereof sixteen to be of the upper and nether house of the temporality, and other sixteen of the clergy; all to be appointed by the king's highness. So that finally whichsoever of the said constitutions shall be thought and determined by the most part of the said thirty two persons worthy to be abrogate and annull'd, the same to be afterward taken away, and to be of no force and strength.

3. That all other of the said constitutions, which stand with God's laws and the king's, to stand in full strength and power, the king's highness royal assent given to the same."

Articuli hi primum in capella S. Catharinae infra Westmonasterium, deinde in capella S. Dunstani ab archiepiscopo et praelatis perlegebantur; et ibidem concordatum est, quod nonnulli ex utraque domo convocationis episcopum Roffensem adirent, ad mature tractandum super contentis in articulis.

In sequenti sessione cvii. (Maii 13.) "re-

verendissimus de consensu episcoporum et totius cleri commisit vices suas mag. Tho. Parker, vicario in spiritualibus generali domini Wigorn. episcopi, ad exhumandum corpus praescripti Willielmi Tracy, juxta formam decreti." Postea articuli a rege synodo transmissi examinati, ac cum limitatione modica confirmati sunt. Sequens sessio cviii. (Maii 15.) submissionem cleri coram domino rege absque ulla limitatione vel reservatione, quoad celebrationem conciliorum provincialium protulit, ac assensum majoris partis convocationis obtinuit. Ex inferiore domo 18. primum articulum negabant, et 8. se referebant ad alia; duos alios articulos 19. negabant, et 7. se referebant ad alia. In domo superiori tres episcopi conditionaliter assentiebantur; unus plane dissentit: episcopus Aflavensis articulis regiis et submissioni cleri assensum praebuit, "dummodo excellentissimus rex noster permittat illas constitutiones provinciales, quae non sunt contrariae juri divino, nec juri regni, poni in executione, sicut prius." Episcopus Lincoln. hanc adiecit conditionem, "sic quod rex permittat illas constitutiones alias factas exequi per ordinarios, quousque dictum negotium sit examinatum." Episcopus London. "sic quod dicta schedula non sit contra jus divinum, nec contraria conciliis generalibus." Episcopus Bath. et Wellen. plane dissentit articulis. Hoc facto, per breve regium convocatio fuit prorogata usque ad 5. Novembris sequ. Postridie, 16. scilicet die Maii, reverendissimus tradidit domino regi instrumentum super submissione cleri per se ipsum et alios inactitatum et conclusum.

Quinto die Novembris, sede archiepiscopali Cant. vacante, Henricus, episcopus Aflavensis, commissarius prioris et capituli Cant. breve regium ad custodes spiritualitatis archiepiscopatus Cant. datum, in domo capitulari Westmon. per doctorem Coxe perlegi fecit, cum literis commissionalibus prioris et capituli Cant. sibi directis, et convocationem in quintum Februarii prox. continuavit. In sessione ii. (Febr. 5.) protestatio per Joh. Fulwell, monachum Westmonast. de immunitate monasterii sui facta, responsum episcopi London. pro more solito tulit. Et deinde per tres sequentes sessiones de exoneratione universitatum Oxon. et Cantab. ac domorum Carthusien. religiosorum S. Salvatoris, et B. Mariae virginis, et Brigittae, Sionis, atque monasteriorum monialium S. Clarae extra Aldgate, civitat. London. a solutione subsidii tractabatur. Postea post tres alias sessiones convocatio continuata fuit ad 17. Martii in ecclesia S. Pauli London. Ibi in nona sessione (Martii 17.) publice perlecta fuerunt certicatorium per D. Coxe super executione mandati episcopo London. per priorem et capitulum Cant. directum, pro episcopis et aliis praelatis, etc. convocandis, et certicatoria episcoporum, etc. Et sic post sessionem x. Mart. 11. in qua nihil scitu dignum occurrit, convocatio ad diem Mercurii (Mart. 26.) continuabatur.